

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XI. TIT. I. Si Quadrupes Pauperiem Fecisse Dicatur.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

Qv. V. Cur urbanae servitutes solo non usū non amittantur, sed praeter non usū etiam requiratur, ut adversarius libertatem praescribat?

RESP. Quia prædiorum urbanorum servitutes in situ & forma lege *Laut. pag.* definita consistunt. Situs autem ille non mutatur per solum non *141. verb.* usum dominantis, sed accedente deinde facto servientis, ex quo ap- *In urbanis* paret illum vindicasse libertatem: Secus ac in servitutibus rusticis, *situs non usus &c.* quæ in facto consistunt, quod si dominans longo tempore negligat, in poenam illo jure privatur. *Vid. tit. de servit. q. 1.*

LIB. XI. TIT. I.

SI QUADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICATUR.

Qv. I. An utilis actio ex hoc titulo detur, si fera bestia, quæ in dominio alicujus est, damnum dederit?

NEG. (1) Quia utilis actio nunquam datur contra, sed iuxta men- *Laut. pag.* tem legis; lex autem & ejus ratio expresse restringit hanc actio- *142. verb.* *Etiam utili-* nam ad bestias vitiosas. *L. 1. §. 4. 7. &c. 10. h.* Cum ergo (2) funda- *lis actio* mentum actionis in eo consilat, quod contra naturam, adeoque ex vi, *datur &c.* tio damnum datum sit, cessat necessario in feris, quæ non ex vito, nec contra naturam, sed secundum eam damnum dant. (3) Idque confirmatur per text. in *pr. Inst.* *Si quadr. paup. verb.* *Casterum si genitalis si feritas, cessat actio.* *l. 2. §. 10. ibi: In bestiis autem propter naturalem feritatem haec actio locum non habet.* Atque hinc (4) feræ bestiæ detentores non nisi ex culpa sua tenentur, vel ex *L. Aquilia,* *L. 29. §. 6. L. Aquil.* vel ex ædilitio edicto, si prope viam eas habuerint, & inde damnum contingat. *§. 1. Inst. h.*

OBJ. (1) *Arg. l. 1. §. 10. h.* ubi dicitur actionem hanc non dari si ursus fugit, & additur ratio, quia desinit dominus esse ubi fera eva- sit; Ergo e contrario ubi ursus non fugiens damnum dat, & ubi proinde dominus non esse desiit, dabitur hæc actio.

RESP. (1) Duas in d. §. 10. allegari causas, cur actio hæc non possit dari si fera damnum det, altera generalis, scil. ob feritatem

Yyy 3

natu-



naturalem, quæ valet, sive fera fugiat, sive non; altera vero specialis, & propria exemplo proposito, quia scil. fera, quæ fugit & damnum dat, dominum non habet.

R E S P. (2) Duæ quæstiones ibi proponuntur, (α) an actio hæc detur, si ursus fugiens damnum dat? & recte hoc negatur, addita ratione a feritate naturali desumpta, verb. *In bestiis autem NB. propter naturalem feritatem actio hæc locum non habet, Et ideo si ursus fugit, Et si nocuit, non potest quondam dominus conveniri.* At tum (β) queritur, ad quem corpus hujus ursi occisi pertineat? & ait JCtus, *Quin nam ita legendum pro quia;* tum quia non potest tanquam ratio prioris quæstionis allegari, cum alia jam ibi allegata sit, feritas scil. naturalis, tum quia tot legibus evictum est actionem hanc de fera non dari, et si dominus ejus adhuc sit; tum quia ex sequenti præsupposito postea concludit JCtus ad quemnam corpus ursi pertineat, adeoque præsuppositum illud ad eum solum casum restringi debet) *definit dominus esse ubi fera evagist, Et ideo, et si eum occidi, meum corpus est.* Adeoque ratio hæc, quod definit dominus esse, non pertinet ad priorem quæstionem, sed ad posteriorem, indeque tota vis argumenti a contrario cessat.

O B J. (2) arg. §. 1. *Inft. h.* Ubi cum actione ex ædilitio edicto, quæ etiam de damno a fera dato competit, concurrit actio de pauperie, adeoque etiam hac vindicari damnum a fera dátum videtur.

R E S P. Concurrit positis terminis habilibus, si scil. animal contra naturam generis damnum dat, i. e. si canem &c. ibi habuit ubi vulgo iter fit, non si Leonem ibi habuit, illo enim casu datur & actio ex ædilitio edicto, & actio de pauperie; hoc vero casu sola ex Lege Aquilia.

O B J. (3) *L. 1. §. 6. Et 7. h. t.* Ubi actio hæc datur de damno a fera dato.

R E S P. Loquitur non de mansueta bestia, sed ferociente, & sic quæ contra naturam generis fera facta est.

O B J. (4) *L. 1. §. 4. verb. omnes quadrupedes etc. ff. h. t.*

R E S P. Scil. in quibus non est naturalis feritas, *L. 1. §. 10. h.*

O B J. (5) *L. p. h.* Ubi de omni animali hæc actio datur.

R E S P. Quadrupedi ibi opponitur non fera, sed bipes.

O B J. (6) Quod eadem videatur esse ratio.

R E S P. Id negatur, quia in feris vitium non est, sed natura. *d. l. t. §. 10.* Vitium enim naturale non est vitium, nec culpa, sed natura. *Bald, ad l. Quae fortuit. n. 69. C. Pign.*

At-



Atque hanc sententiam præjudiciis firmat *Phil. I. 4. Ecl. 63. Conf. Struv. h. §. 1. ibique Müller.*

Not. (1) Si fera male custodita erumpat, & damnum det, aëtionem ex L. Aquilia dari ait *Struv. §. 5.* et si non sit in dominio; & præterea possessor illius ferre extra ordinem punitur. *O. C. art. 136. Stryk. U. M. h. §. 5.*

Not. (2) De actione contra circulatores & circumforaneos, qui noxia animalia habent, vide *Struv. d. l. ibique Müller.* De feras, quæ segetem subditorum depascunt, generositati Principum id relinquit *Struv. §. 2. h. ibique Müller.* De damno a furioso & infante dato videatur *Dn. Stryk. U. M. h. §. 2. & seq.*

Not. (3) An canem invadente occidere liceat, egregie decidit *Stryk. d. l. §. 19.*

Not. (4) An bestia hominem occidens iterum occidi debeat, vid. *ibid. §. 20.*

In foro actionem de pauperie obtinere, & quidem tantum in bestia, quæ commota contra naturam damnum dat, testatur *Dn. Stryk. U. M. h. §. 4. & 5.* at jure Saxonico fecus, ubi non distinguitur inter damnum a fera vel mansueta bestia datum, *ibid. §. 6.*

Qv. II. *An Pecudem in agro meo deprehensam includere & pignori capere liceat?*

De Jure Civili id NEGANT plurimi Dd. apud *Mull. ad Struv. h. §. 4. lit. b. Mev. p. 1. dec. 34. Klock. Vol. 3. conf. 155. n. 251.* propter *I. 39. §. 1. h.* at contrarium perquam eruditæ demonstrat *Feltn. de inclus. animal. c. 1. in primis ex textu in I. 29. §. 7. L. Aquil.* ubi is, qui pignori cepit animalia, non ideo tenetur, quod illicite ceperit, sed quod eis cibaria afferri passus non fuerit. Quam sententiam probat *Dn. Stryk. h. §. 15.* in casu ubi dominus ignoratur.

At moribus, in primis Saxonie, vid. *Landr. I. 2. art. 40.* & totius fere Germanie, haec pignoratio indubie recepta est: *Phil. Us. pr. Inst. I. 4. E. 13. n. 4.* Modo in ipso facto, i. e. in fundo meo animal deprehendatur, *Landr. I. 2. art. 28.* licet persequendo in alienum fundum, illud ceperim: Secus ergo (1) si iam sit egressum animal. *Grat. discept. for. tom. 1. c. 80. n. 9.* (2) Nendum si alio die pignoretur: Atque hinc ob haec requisita deficiens pignoratio Halberstadii a dominis improbata fuit anno 1706. in causa des Prinischen Schlossmeisters contra den Amtmann Possewitz.

Not.



NOT. (1) Ita possunt etiam animalia Clericorum, Studio-
rum, Magistratum, Judicumque, et si per imperitiam equitan-
tium cohiberi nequeant; de quibus late Müller ad Struv. d. l. Phil.
Uf. pr. Inst. l. 4. Ecl. 63. n. 7. seq.

EXCIPUNTUR saltem illi, qui in causa publica equitant, ut mi-
litates, legati, cursores, horum enim equi ita pignori capi non pos-
sunt, at actio in personam datur. Müller d. l. Mev. de arrest. c. 8.
n. 10. 4. seq.

NOT. (2) Pignus ita privata autoritate captum ultra 24. horas non
detineri, sed judici offerri debet. Mill. d. l. Berl. p. 2. concl. 24. n. 23.
& 24. Stryk. d. l. §. 25. Nec plura pecora capi possunt, quam quot
damno reparando probabilitate sufficiunt. ibid. §. 18.

NOT. (3) Justa satisfactione pecus inclusum liberatur. Richt. p. 1.
dec. 5.

NOT. (4) Justa passione refici interim, donec redimatur pecus,
debet. Müller. d. l. impensas vero interim a capiente factas dominus
restituit. Phil. d. Ecl. 18. n. 8. ubi duo prajudicia.

NOT. (5) Pignori capiens praefat culpar levissimam. l. 39. pr.
junct. l. 44. L. Aquil. Animal abire nolens potest interfici. Phil. d.
l. n. 7. alias casus vide apud Dn. Stryk. d. l. §. 16.

NOT. (6) Male domini jurisdictiones in quibusdam locis sibi
animal vindicant. Phil. d. Ecl. 63. n. 15.

NOT. (7) Plura alia egregia de pignoratione vide apud Müll. d.
l. Felim. d. l. Stryk. U. M. h. §. 15. & seq.

NOT. (8) Non tantum ex hoc capite, sed & ob turbatam juris-
dictionem, possessionem &c. pignoratio permittitur. Phil. d. E. 18.
n. 4.

NOT. (9) Pignoranti resistens, vel pecus pignoranti iterum cri-
piens, poenam incurrit. Stryk. d. l. §. 17.

QV. III. *An actio de pauperie tantum ei detur, qui tempore
actionis motae noxae dominus est?*

Laut. pag. **A**FFIRM. Nam fundat haec actio se in quasi culpa domini, cui
142. verb. Contra il- quodammodo imputari potest, quod tale animal noxiun habue-
lum qui rit, indeque ejus dominio privatur; quod proinde fieri nequit, nisi
tempore dominus sit; vide hac de re late Struv. Ex. 14. th. 8. Conf. Phil. Uf.
actionis pr. Inst. l. 4. Ecl. 63. n. 15.
&c.

OBJ.



OBJ. Quod hæc actio sit personalis, vid. Laut. p. 142. lit. D. ad eoque non possit dari contra quemicunque possessorem.

RESP. Est personalis, at in rem scripta: nam noxa sequitur caput, & nemo potest noxae dedere, nisi qui rem habet.

Qv. IV. An, qui dolo vel lata culpa possidere defit, habetur pro possidente?

RESP. De dolo hoc indubium; de lata culpa vero id negat Laut. pag. Struv. §. 17. h. & alii, sed tota res expedita est supr. tit. de R. 142. verb.

V. q. 4. Aut dolo
OBJ. (1) arg. l. 12. l. 21. pr. Nox. act. ubi tantum doli sit mentio. talis esse
RESP. Sub dolo continetur lata culpa. d. q. 4. defit &c.

OBJ. (2) Quod in hac materia nullibi comparentur.

RESP. Comparantur sua natura. d. q. 4.

Qv. V. An obligatio in noxalibus actionibus sit alternativa?

NEG. Sed vi actionis actor agit saltem ad noxae dedendum; at Laut. pag. beneficio legis domino noxae datur electio, num velit dedere, 143. verb. num estimationem solvere; & sic estimatio non est in obligatione, Utrum sed in praestatione; de quo, & quid intersit, late egi supra l. 2. reus sie- tit. 3. q. 7. & 8.

L I B . IX . T I T . II .

AD LEGEM AQUILIAM.

Qv. I. An, si liber homo statim perierit, ejus haeredibus detur actio ex L. Aquilia pro operarum & alimentorum neglectu?

NEG. (1) Quia hæc actio tantum est de damno dato, at de futuro Laut. pag. ro seu infecto non datur actio, sed saltem cautio. §. 3. & §. f. 143. verb. Infl. h. t. Non da-tur si liber homo sta-tim &c.

INSTO, quod in §. 11. h. etiam computetur haereditas, quæ est damnum futurum.

C O C C . J . C . P . I .

Z Z Z

R E S P .

